

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Sobrietas h
cum fonte primo

Recens escae perceptio tam in uespertinis quam in nocturnis orationibus tenuem leuemque sensum non sinit inueniri. Ideoque satis commodum et utile hora nona refectionis tempus indultum est in quo reficiens monachus non solum in nocturnis uigiliis leuis ac uacuus, uerum eciam in ipsis uespertinis sollempnitatibus digesto iam cibo aptissimus inuenitur.

Iohannes Cassianus in collatione abbatis Moysi.

nam

recens escae perceptio tam in uespertinis quam in nocturnis orationibus tenuem leuemque sensum non sinit inueniri. ideoque commodum satis et utile hora nona refectionis tempus indultum est, in quo reficiens monachus non solum in nocturnis uigiliis leuis ac uacuus, uerum etiam in ipsis uespertinis sollempnitatibus digesto iam cibo inuenietur aptissimus.

Iohannes Cassianus, *Conlationes XXIII.*, 2, 26, 3 (CSEL 13, M. Petschenig ed., p.64, ll.20-26).